

Transsumptum literarum Alexandri aliàs
Vitoldi Ducis Lithuaniae per Albertum Ar-
chiepiscopum Gnesnensem, in quibus idem
Vitoldus Lithuaniae Dux recognoscit se esse
obsidem Regine et dominorum Poloniae pro
Rege Wladislao.



47

In nomine Domini amen. Albertus Dei gra-
tia Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopus et
Primas. Significamus tenore presentium quibus ex-
pedit universis. Quomodo magnificus dominus Jo-
hannes de Tarnow Palatinus Cracoviensis quandam
literam in pergamento scriptam, sanam et integra
non vitiatam, non cancellatam, omnique prorsus
vitio et suspitione carentem nobis exhibuit et pre-
sentavit, huiusmodi sub tenore= Alexander aliàs
Wytolt Dei gratia Dux Litwaniae ac dominus
Hrodnensis, notum facimus quibus expedit univer-
sis. Quomodo preteritus contractus facti inter Ser-
nissimum Principem dominum Wladislaum, ea-
dem gratia Regem Poloniae, Litwaniae etc: parte
ab una, et dominos totius universitatis eiusdem
Regni Poloniae ab alia, pro complemento predicti
contractus tractatorum, in obstagio apud Serenissi-
simam Principem dominam Hedwigim Reginam
Poloniae, et dominos Regni eiusdem extitimus,
et nunc extamus, ad maioremque certitudinem
iuramenta prestitisse nos recognoscimus, et nos-
tri Sigilli appensione, prout in aliis literis ad pre-
dictum contractum factis, lucidius est expressum.


Sed quia

Sed quia ingruente necessitate Principis Serenissimi Regis predicti et nostra, quantum ad metas terre Litwaniæ, ipsum et nos concernente, ad postulationem eiusdem Domini Wladislai Regis prælati, Princeps Serenissima domina Hedwigis Regina iam dicta, nec non universitas dominorum Regni Poloniæ predicta, ad dispositionem necessitatis predictæ, nos ad terram Litwaniæ dirigit et direxit, obstagio nichilominus fixo stante, ad quod etiam obstagium ut præfertur tenendum et servandum, promittimus inalterata nostra fide, dum et quando per eosdem moniti fuerimus nuntio vel litera, indilate venire, ac in loco constitui per ipsos nobis assignato. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum Litwanicum est appensum. Datum et actum in Weliczka in crastino Gregorij Doctoris gloriosi. Anno Domini Millesimo Tricentesimo Octuagesimo sexto. Post cuius quidem literæ exhibitionem et presentationem, præfatus Dominus Johannes Palatinus nomine Serenissimi Principis Domini Wladislai Dei gratia Regis, et eius sacre Coronæ regni Poloniæ, nos cum instantia requisivit, quatenus præscriptam literam, ne ex sequenti eius motu aliquo casu rumpere, seu in aliqua sui parte violaretur, transsumere, et in formam publicam redigere mandarem, cum interpositione auctoritatis nostre et decreti. Nos igitur Albertus Archiepiscopus predictus, præscriptam literam per omnia visa et diligenter circumspecta, petitionem quoque memorati Domini Johannis Palatini, iustam et rationi consonam attendentes, eandem literam, nichil addendo, nichil minuendo, quod facti immutaret substantiam, vel variaret intellectum

?

intellectum, per infrascriptum notarium publicum
 transcribi et transsumi mandavimus, huic quoque
 exemplo et transumpto, nostram auctoritatem
 apposuimus et apponimus per presentes, decernentes
 per hoc presens nostrum scriptum, quod eidem
 transumpto in iudiciis et extra credatur, et fides ple-
 naria adhibeatur, ac si litera originalis appareret.
 Cui quidem litera Sigillum rotunda figura intus de
 viridi, extra vero de communi ceris, in pensala par-
 gameni appendebat. In ipsius autem Sigilli medio
 quedam ymago humana, ac si vir armatus ma-
 nu dextra extenta gladium gestans et equo insidens
 apparebat, litera autem in circumferentia Sigilli
 propter eius vetustatem ad legendum non appare-
 bant. In quorum omnium fidem et testimonium
 premisorum, presentes nostras literas scribi, no-
 straque Sigilli appensione iussimus communiti. Ac-
 tum et datum in castro Lublyrensi die Domini-
 ca in crastino purificationis beate Marie Anno
 Domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Se-
 cundo, Inditione decima, pontificatus Sanctissi-
 mi in Christo patris ac domini nostri domini
 Eugenij Divina providentia Papa quarti anno
 primo, hora quasi tertiarum. Presentibus illu-
 stri Prinipe domino Semowitho Duce Mazovia,
 nec non magnificis et nobilibus viris dominis
 Nicolao de Michalow Cracoviensi, Johanne de
 Lanzenicze Santhoensi, Domaratho de Cobilani
 Bijecensi, Castellanis. Andrea de Ludbrancz
 iudice terra Lujawia, ac Clemente Wantrobka
 de Strzelcze armigero, testibus circa premissa.

Et ego



Et ego Andreas Boguszy de Cro:
syno Clericus Wladislaviensis Die:
cesis, publicus Imperiali auctoritate
Notarius, et facti huiusmodi coram
p̄fate Reverendissimo in Christo
Patre Domino Alberto Archiepiscopo Scriba, quia
p̄dictis litera exhibitioni, presentationi, ipsiusque
transsumi et in formam publicam redigi, petitioni,
ac decreti interpositioni, aliisque omnibus, dum sic
ut p̄mittitur, agerentur et fierent, unà cum p̄e:
nominatis testibus p̄sens interfui, eaque sic fieri
vidi et audiri, ideoque p̄sens transumpti instru:
mentum, per alium, me aliis arduis occupato, fide:
liter scriptum, eainde confeci, manu propria subscri:
psi, et in hanc publicam formam redegi, Signo et
nomine meis solitis et consuetis, unà cum appen:
sione Sigilli p̄fati Domini Archiepiscopi, consi:
gnando, in fidem et testimonium p̄missorum spe:
cialiter requisitus.

Ta kopia p̄pisaná z Oryginatu pergaminowego
naksztatt listu rtozonego, dnia 6. Lipca 1782. U dotu na
zawiasce pergaminowey wisi p̄czek calkowita na
mapie czerwoney wy:
sioná. Zaswiadnam Adam Naruszewicz

Bisk. koad Smol. Pisan 1067 27